Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Nazario

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

meditatum et in urbe ambrosii concordiens. que custo-
dient vias suas ut non delinquerent in lingua.
Celsus qui excelsus. quia se supra se ex-
tulit dum etatem puerilem virtute animi
transivit. horum passionem et vitam ambrosius
in libello gervasii et prothasii repperisse di-
citur in quibus dicit philosophus nazario devotius eius
passionem conscripsit. qui corpora quidem sanctorum eo-
rum sepelierat. ad capud eorum posuit. De
Nazarius filius illu- sancto Nazario
strissimi viri nomine affricani. sed iu-
dei. et beate perpetue christianissime romanorum
nobilissime. et a petro apostolo baptizate
cum haberet ix. annos plurimum mirabe-
tur videns patrem suum et matrem in obser-
vatione religionis tam dissimiliter va-
riari. et quod mater sua legem baptis-
mi. pater vero suus sabbati sequeretur. unde
cum nimium magis ad quem adherere deberet plurimum
dubitavit. cum uterque eum ad fidem suam tra-
here niteretur. Tandem nutu dei vestigiis
matris adhesit. et a beato papa lino sa-
crum baptisma recepit. Quod pater in-
telligens cepit ipsum a tali proposito revo-
care. et tormentorum genera que christianis in-
feruntur per ordinem explicare. Quod a-
utem dicitur eum a lino papa baptiza-
tum fore intelligitur. non quia tunc ipse erat
sed qui futurus erat. Nazarius enim
post baptismum sicut infra patet annis
multis sic vixit. qui tamen ante neronis mar-
tirium pertulit. qui petrum anno ultimo sui
imperii crucifixit. Linus autem post mortem
petri papa fuit. Cum autem pater nullate-
nus consentiret. sed potius christum constan-
tissime predicaret. ad preces parentum qui
ne occideretur timebant de urbe roma-
na exiit. et vii. sumarios de paren-
tum divitiis honustos accipiens per ci-
vitates ytalie venit. et omnia pauperibus
erogavit. Decimo autem anno discursio-
nis sue ad urbem placentiam et inde medio-
lanum advenit. ubi sanctos gervasium et pro-
thasium in carcere detentos repperit. Au-
dito autem quod nazarius predictos martires
animaret. cito ad prefectum perducitur.
et in confessione christi perdurans fustibus
verberatur. et sic ab urbe illa pellitur.
Dum de loco ad locum pergeret mater eius
que obierat sibi apparuit. et filium suum confor-
tans ut ad gallias pergeret admonuit.
Cumque ad urbem gallie que gemellus dicitur ad-
venisset. et ibidem plurimos convertisset. quedam
matrona filium suum celsum elegantem pue-
rum ei obtulit rogans ut ipsum baptizaret
et secum duceret. Quod prefectus galliarum
audiens ipsum cum puero celso retro mani-
bus vinctum. et collo cathena constrictum
incarcerem reclusit. ut eum in crastino tor-
mentis afficeret. Tunc uxor sua nun-
cium ad eum aliterius mittens iniustum iudicium e-
ius innocentes occidere et deos omni-
potentes vindicare presumeret. Et
ubi prefectus correctus sanctos absolvit. Si
ne ibi predicare presumeret admonuit.
et inter dixit. Venit autem ad urbem
treverensis. et ibi christum primus predicans et
multos ad fidem christi convertens ibi ecclesiam
edificavit. Quod audiens cornelius
vicarius neronis imperatoris manda-
vit. Qui c. milites ad eum capiendum
misit. Qui eum illi iuxta oratorium
quod construxit invenissent manus eius
ligaverunt dicentes. Magnus nero te
vocat. Quibus nazarius. Impoli-
tus rex in impolitos milites habet.
Quare enim venientes honeste non
dixistis. Nero vocat te. et venisse.
Vinctum igitur ipsum ad neronem duce-
bant. et celsum puerum plorantem ala-

pis credentes ut sequerentur urgebant.
Quos cum nero vidisset, iussit eos in car-
cerem recludi donec eos suppliciis exco-
gitatis perimeret. Interea cum nero quendam ve-
natorem ad capiendas feras venatores mi-
sisset, subito ferarum multitudo erumpens
viridarium neronis intravit. Ibi multos
laceravit et plures occidit, ita tamen ut
nero turbatus diffugeret et vulnerato
pede vix ad palacium perveniret. Qui
cum aliquot diebus illo vulneris dolore cr-
uciaretur, tandem nazarii meminit et pu-
tavit deos sibi iratos fuisse eo quod eum diu
eos vivere permisisset. Iussu igitur impera-
toris nazarium milites cedentes cum den-
tes puerum illudentes de carcere educunt
et coram imperatore statuunt. Videns
autem nero faciem eius instar solis se fantasti-
ce deludi putavit ut magicas ar-
tes deponeret sibi dixit ac ut diis immo-
laret precepit. Ductus igitur nazarius
ad templum rogavit ut omnes exirent et
sic eo orante omnia ydola sunt confracta.
Quod audiens nero iussit eum in mare
precipitari precipiens ut si forte evaderet
ipsum insequentes igni comburerent
et pulverem eius in mare proicerent.
Nazarius igitur et puer celsus navi impo-
nuntur et in medium pelagus perducti ibi
precipitantur. Sed statim circa navem
tempestas maxima generatur et circa eos
tranquillitas magna efficitur. Cumque illi per-
iculum timerent et malorum que in sanctos
commiserant penitentes essent, nazarius
cum puero celso super aquas ambulans ve-
lut hilari vultu eisdem apparuit ac super navem
consedens ipsis autem credentibus ora-
tione sua mare placavit. Deinde cum eis
ad locum per passus fere tercentis iux-
ta urbem ianuensem pervenit. Ubi cum

diutius predicasset, mediolanum ubi gervasi-
um et prothasium reliquerat venit. Quod cum
anolinus prefectus audivisset, cum remanen-
te celso in domo cuiusdam matrone in exilium
duceret. Nazarius vero veniens romam
et patrem suum iam senem et christianum inveniens.
quomodo filius fuit inquisivit. Cui dixit
apostolum petrum sibi apparuisse et ut precedentes
se ad christum uxorem et filium sequeretur ammo-
nuisse. De inde a templorum pontificibus adiu-
be mediolanum non romam in exilium mis-
sus fuerat redire iniuria magna com-
pellitur. Ubi cum puero celso perducitur presen-
tatur. Qui eductus extra portam roma-
nam in locum quod tres muri cum puero celso
decollatus est. Quorum corpora cum christiani rapu-
issent et tortis suis collocassent, in pri-
ma nocte sancti cuidam nomine ceratio appare-
rent dicentes ut eorum corpora in domo sua pro-
neronis prefundius sepeliret. Quibus
ille. Queso domini sanate prius filiam meam
paraliticam. Que cum continuo sanata fuis-
set corpora eorum tulit et ut iusserant se-
pelivit. Post longum vero tempus sanctis eorum
corpora beato ambrosio revelavit. Celsum
autem in loco relinquens nazarium qui eadem
hora sepultum miro odore flagrantem
integrum et incorruptum cum capillis et bar-
ba repperiens ipsum ad ecclesiam apostolorum trans-
tulit et ibi honorifice sepelivit. Pas-
sus autem circa annos domini lvii. De hoc
martyre sic dicit ambrosius in prefatione: Marti-
res roseo lustratus cruore nazarius
celeste meruit conscendere. Quod per innu-
mera tormentorum supplicia crudelius ve-
xaret tyrannum calabrian fidei constan-
tia servabat. Nec potuit persecutorum il-
latis cedere minis. Quin pro se certante
ipse auctor vicit christus dominus dimica-
bat. Ducitur interea ad templum ydolis

plurimi per fanum. quorum portenta divi
no fretus presidio mox ut ingressus
est evertit in pulverem. Ob hoc liqui
dus maris undas longius actum per
tinctus. anglicis numeris famulanti
solida inter fluctus vestigia prefige
bat. O felix et inclitus domini piscator qui
mundi congressus principem innumerabi
le populi institutione vite sociavit et
ne. O magnum et ineffabilem sacramentum.
ut de illorum potius salute letetur eccle
siam puniisse mundo exultat. O beata ma
ternitatis suorum glorificata tormentis.
que non planctu et gemitu ad inferna de
ducit. sed ad celestia eterne migrantes
preconia laude prosequitur. O textus fra
grantissime nitore celesti fulgide
et inestimabilis odor sabeicas prepol
let aromatibus. Quem ambrosius recipi
ens perhenne dedit patronum et medi
cum fidei propugnatorem. sacerdos pluribus bella
torem. De sancto felice de nomine

Felix loco liberii in papam eligi
tur et ordinatur. Cum enim liberius
papa vellet arriane heresi assentire
missus est in exilium a constantino filio
constantini et ibi per triennium moratus
est. Qua propter universus clerus romanus
loco eius felicem ordinavit. Qui
quidem felix concilio convocato .xl
viii. episcoporum constantium imperatorem ar
rianum et hereticum et duos presbiteros sibi
consentientes condempnavit. Qua propter consta
ntius indignatus felicem de episcopatu suo
deiecit. et liberium eo pacto revocavit:
ut scilicet solum in constantino et alius episcopus
felix dampnatos communicaret. Libe
rius igitur tedio affectus exilii here
tica pravitate subscripsit et sic tantum
persecutio excrevit. ut et plurimi

sacerdotes et clerici. liberio non prohibente intra
ecclesiam sunt necati. Felix vero de episcopatu
suo eiectus cum in predio suo habitaret
ibi eductus martirium capitis obtrun
catione promeruit. Circa annos domini ccc.
Simplicius De sancto Simplicio et

et faustinus fratres cum sacrificare
contempnerent sub dyocletiano imperatore
multa passione supplicia pertulerunt.
Tandem data super eos sententia decolla
ti sunt et in tyberim corpora eorum proiecta. Soro
rem autem eorum nomine beatrix corpora eorum de
flumine levavit et honorifice se
pelivit. Lucretius autem prefectus dum
predium eius ambiret eam tenui fecit et ut
ydolis immolaret precepit. Quam
renuentem lucretius noctu a servis
suis prefocari fecit. Cuius corpus lucina
virgo rapiens iuxta fratres suos sepeli
vit. Post hec lucretius predium ipsius in
travit. ubi sanctorum amicis suis convivium
cum martiribus insultaret infantulus
quidam lactens pannis involutus de
gremio matris qui ibi aderat cunctis
audientibus exclamavit. Audi lu
creti. Occidisti et invasisti. Ecce da
tus es in possessionem inimici. Statim
lucretius tremens ac tremens a de
mone arripitur et per tres horas vexa
tus in ipso convivio moritur.
Omnes audientes qui aderant ad fidem
ad fidem conversi sunt. et narrabant omnibus
passionem sancte beatricis virginis
in convivio vindicatam. Passi sunt autem circa
annos domini cc. lxxxvii. De sancta martha

Martha hospita christi ex syro
patre eucharia matre regali pro
genie descendit. pater eius sy
rie et maritime multarum horum dux
extitit. Tria autem cum sorore sub mag